52.

König Adolf gestattet dem Abte und Convente des Klosters Altzelle, in Freiberg Grundstücke zu erwerben und auf denselben Häuser zu errichten, ohne daß sie deshalb zu irgendwelchen städtischen Diensten herangezogen werden dürfen. **Lößnitz, 1296 Apr. 19.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1500. Fragment des S. an Fäden von rother und gelber Seide, vergl. Heffner Kaiser- und Königssiegel Tafel VII No. 63.
Gedr.: Beyer Alt-Zelle 570 (Auszug).

Adolfus dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus presentes litteras inspectu|ris graciam suam et omne bonum. Cum religiosis piisque locis aliquid favoris et gracie impenditur, non | solum impendenti a datore supremo bonorum omnium largitore eterne beatitudinis premium rependitur, | sed et presentis vite solacium comparatur. Noscat igitur presens etas et posteritas successura, quod religiosis viris . . abbati et conventui monasterii in Cella ordinis Cysterciensis de liberalitate regia favorabiliter duximus concedendum, ut in opido nostro Vriberg arcam aliquam comparare vel alias justo titulo acquirere possint ac instaurare inibi edificia ipsorum usibus oportuna quodque de area ipsa et edificiis hujusmodi taliter instauratis ad aliqua servicia ipsius opidi communia vel privata minime tencantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis paginam infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, nostre majestatis offensam se noverit incursurum. Datum apud Lesnicz XIII. kalendas maji, indictione nona, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, regni vero nostri anno quarto.

(SFR.)

53.

Graf Heinrich von Nassau beurkundet als königlicher Landrichter über Meißen und Osterland die Schenkung eines jährlichen Zinses von 7 Talenten Denare aus der Münze zu Altenburg durch König Adolf an die Deutschherren daselbst als Buße für den von des Königs Leuten getödteten Freiberger Bürger Johannes Lotzke. **Altenburg, 1297 Mai 19.**

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1535. Das S. an Pergamentstreifen ist abgefallen.
Gedr.: Wegele Friedrich der Freidige 426.
Anm.: Das durch Feuchtigkeit fast völlig zerstörte Original ist an vielen Stellen aus einer neuern, demselben beiliegenden Abschrift ergänzt worden. — Ueber Joh. Lotzke vergl. den Vorbericht.

Heinricus dei gratia comes de [Nassowe] judex generalis per marchiam Misnensem ac terram Orientalem a serenissimo domino re|ge Romanorum Adolfo constitutus [omnibus participes] fieri gaudiorum summe beatitudinis et eterne. Ne igitur actio hum[ana te]mpore decedente et | natura generis humani deficiente ab [utroque] nubilis [ignorantie], que injurie et litium est suscitatrix, [involv]at[ur], magne cautele et inven|tionis est provide eam [per osten]sionem [litterarum] ac testium memorie commendare. Quam ob rem nos Heinricus predictus comes de Nassowe ad noticiam universorum tam presentis [evi quam]